

# XXIII. XXIV. DE E- CLIPSIBUS.

Vide Schemata in Chartis.

## XXV. HOROLOGIIUM. & C.

*Solius Feldius in Sphaer. parte ultima cap. 61.  
probl. 1. p. m. 101. & c.*

Horologium Horizontale est quod in plano horizonti parallelo describitur. Pro illo autem conficiendo. 1. Constituatur Globus ad elevationem Poli. 2. assumatur meridianus primus; sive colurus æquinoctiorum, colloceturque sub meridianum æneum, 3. volvatur globus versus occasum, donec is æquatoris gradus sub meridiano æneo respondeat, & attendatur quot gradus in Horizonte inter meridianum æneum & colurum æquinoctiorum comprehendantur; nam hi distantiam primæ horæ à XII. secundâ ostendunt. 4. Pro reliquis eodem modo proceditur,volvendo nempe sub meridianum pro IIâ quidem 30°. pro IIIâ 45°. pro IVâ 60°. pro Vâ 75°. & semper numerentur gradus horizontis à meridiano ad colu-

B 3.

RAM.